UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Gamaliele [et] Abibon confessoribus. Cap[itulum]. xvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

culus: qui candore virginitatis floruit: ⁊ mun-
dus de mundo exiuit. Hiſcꝫ dictis iterū diſpa-
ruit. ¶ In tertia vero ſexta feria ſequētis hebdo
made eidē iterū iratus apparuit: ⁊ de dilatiōe
⁊ negligentia ipm grauiter imprecauit. Concl-
tus igitur lucianus hieroſolymā adijt: ⁊ iohan
ni epiſcopo cūcta per ordinē enarrauit: qui cō-
uocatis euſtonio ſebaſteñ. ⁊ eleutherio hiericō
tineñ. epiſcopis ad locū deſignatū acceſſit: ⁊ in
quodā aceruo lapidū fodi iuſſit. Eademqꝫ no-
cte ſanctus gamaliel per viſum cuidā migetio
monacho apparuit: dicens ꝙ inuanum in illo
loco foderent: qr ibi corpora non eſſent: ſed ea
requirerēt in loco illo: qui dicitur viroꝝ bonoꝝ
poſſeſſio: qui cum viſa iohanni epiſcopo et lu-
ciano preſbytero retuliſſet: et locum deſigna-
tum oſtendiſſet: ad locum ipſum omnes acceſſe
runt. Ibiqꝫ fodere ceperūt. Tuncqꝫ ſubito ter-
ra concutitur: ⁊ odor ſuauiſſimus ſentitur: ad
cuius fragrantiam. lxxiij. homines a diuerſis
infirmitatibus liberantur. Sicqꝫ ſanctorū cor-
pora prout oſtenſa fuerant inuenerunt: ⁊ ea in
ſanctam eccleſiam ſyon: vbi quondam ipſe ſte-
phanus archidiaconus fuerat: detulerunt: et
ibidem honorifice condiderunt. Hec autem in
uentio facta eſt ea die: qua ſancti ſtephani paſ-
ſio celebratur: videlicet ſeptimo kalendas ia-
nuarij: ⁊ eius paſſio hac die fuiſſe creditur: ſci-
licet tertio nonas auguſti. Quare autem feſta
ab eccleſia mutata ſunt: ſuperius in alio eius fe
ſto dictum eſt: videlicet ſeptimo kalendas ia-
nuarij. Corpus autē beati ſtephani proceſſu tē
poris hoc modo conſtantinopolim tranſlatum
eſt: vt ait auguſtinus. Alexander quidam ſena
tor cum vxore iuliana hieruſalem adijt: et pro-
thomartyri ſtephano pulcherrimū oratoriū cō-
ſtruxit: ac loculum argenteum obtulit: et poſt
eius obitum iuxta corpus martyris et ſumma
deuotione in ſimili argenteo loculo ſe ſepeliri
fecit. Euolutis igitur ſeptem annis cum vxor
repatriare vellet: corpus viri ſecū deferendū
ab epiſcopo poſtulauit. Qui precibus eius an-
nuens loculos argenteos ꝓtulit: dicens ꝙ ex
illis non nouerat loculum viri ſui: at illa ſe il-
luc noſce aſſerens: dum corpus viri putat ac-
cipere: caſu ꝓthomartyris corpus accepit. Cū
autem nauem cum corpore aſcendiſſet: hymni
angelici reſonant: ⁊ ſuauiſſim⁹ odor effragrat.
Demones clamant: corpus ſtephani ſe exure-
re: ſeuamqꝫ tempeſtatem excitant. Sed nautis
naufragium formidātibus ſtephanus inuocat:
ipſoqꝫ eis apparēte ſubito tēpeſtas ſedat. Tūc
princeps demonum demones quinqꝫ miſit: vt
nauem incenderent: quos ſtatim angelus do-
mini cunctis videntibus in profundū demer-
ſit. Et cum calcedoniam veniſſent: demones
vlulabant: ꝙ ſtephanus illuc adductus eos in
cendebat. Conſtantinopolim igitur incolumes
peruenerunt: ⁊ corpus ibidem reuerēter depo
fuerunt. Hec auguſtinus.

¶ De ſanctis Gamaliele ⁊ Abibon confeſſoribus. Cap. xvi.

Gamaliel
confeſſor hono-
rabilis legiſdo-
ctor: et occultus
xpi diſcipulus:
et apoſtoli pauli in lege moyſi
didaſcalus cū abibō filio ſuo
annoꝝ. xx. ab apoſtolis ſanctꝫ
poſt aſcenſionē domini ſacrū
baptiſma ſuſcepit. Et ipſorū
apoſtoloꝝ ꝑdicantiū in cōcilio phariſeorū cau-
te defenſor fuit: ſicut legit Actuū. v. c. Qui cor-
pora ſtephani ꝓthomartyris ⁊ nicomedi diſci-
puli in ſua poſſeſſione. xxij. miliario a hieroſo-
lyma diſtāte: necnō i ꝓpo tumulo ſepeliuit. Et
cū eodē filio ſuo qui in vginitate iugiter pſeue
rauit: oibus dieb⁹ vite ſue deo ſeruire ſtuduit.
Qui poſt opa laudabilia tēporib⁹ apſoꝝ in xpo
quieuerūt: ⁊ iuxta corpa ſctoꝝ ſtephani ⁊ nico-
demi in eodē ſepulchro recōditi fuerunt.

¶ De ſancto Stephano anachorita. Cap. xvij.

Stephanus anacho
rita in parte locorū marcotidis
per annos ſexaginta deguit: qui
tantū in diſcernēda rerum ambi
guitate iudiciū habuit: vt null⁹
ad eū quacūqꝫ cauſa veniret: q poſt eius ſermo-
nē triſtis abſcederet. Hic lꝫ in verēdis nature
ſumma egritudine laboraret: funes tñ iugiter
de folijs palmarū cōtexens: nec ab ope manuū
aliqñ deſiſtebat: nec ſmonē alijs exhortatoriū
intermittebat: ceteras vo corpis ptes medico
ferro patiēter prebebat. Tāta eñ erat patiētia
ꝑdoratus: vt mēte celeſtibus occupat⁹ a dolore
corpis quodāmodo fieret alien⁹: adeo vt geni-
talibus exciſis nihil omnino ſentire videretur.
Quieuit in chriſto tertio nonas auguſti. Hec
Heraclides.

¶ De ſancto Iuſtino preſbytero ⁊ martyre. Cap. xviij.

Iuſtin⁹ preſ-
byter et martyr rome
paſſus eſt ſub decio i-
peratore. Hic a beato
ſixto papa. ij. pſbyter
ordinat⁹: eius ſancti-
tatis imitator effect⁹
eſt. Ad hunc beat⁹ lau
rentius martyr venit
in vicum patricij latentem in crypta nepotia-
na: vt theſauros a beato ſixto ſibi commenda-
tos pauperibus erogaret: vt infra dicet in paſ-